

causam fecit, v.g. in refectionem, emtionem, C. FUNDAMENTA
 LOCATIONIS: (1) Anterior expressa praefertur doti per §. 33. pos. 2. (2)
 Dos hypothecae in refectionem per expressam d.l. 12. (3) hypotheca in
 refectionem anteriori expressae l. 1. D. in quib. c. pign. vel hyp. tac. contr. l. 5.
 qui pot. in pign. Novell. 97. c. 3. Hanc perplexitatem olim movit pri-
 mus Martinus Glossator in gl. d. l. 12. v. licet anteriores sint. (Qui ob eam
 causam etiam dotem praefert anteriori expressae.) habet & Covarr.
 d. lib. Var. Resol. 7. n. 3. Pro dote decidunt Salic. & Everhard. l. c. Carp-
 20v. d. 176. dissent. Rauchb. d. l. n. 16. Ego idem quod in superiori ca-
 su sentio.

X X X V.

IN CASU XXI. concurrunt: Hypotheca tacita anterior,
 A. Fiscus intermedius, B. Dos posterior C. FUNDAMENTA LO-
 CATIONIS: (1) in bonis jam quaesitis hypotheca tacita anterior praefer-
 tur Fisco intermedio l. un. C. rem alien. gerent. v. cum suo onere. quem
 textum, quod sciam, ad hoc non citant Dn. Richter. de privil.
 Cred. disp. 7. sect. 2. ampl. 2. (2) Fiscus intermedius praefertur Dote poste-
 riori per l. quamvis 2. C. de privil. Fisci Diss. Don. ad d. l. 12. (qui putat d.
 l. 2. esse abrogatam per l. 12. C. qui pot. in pign.) (3) Dos posterior praefer-
 tur tacitae anteriori per d. l. 12. Donellus evitat, ut dixi, perplexitatem.
 Dotem etiam sic praepouunt Joh. Robert. Animadv. lib. 3. c. 4. Rauchb.
 d. l. n. 24. Dissent. Berlicb. d. l. n. 10. Mihi videtur quod supra.

X X X V I.

Sequuntur Casus juri Saxouico proprii. Et Casus XXIII. hic
 est: in Ord. Proc. Sax. ut dixi §. 31. fin. constitutum est, si non apparet
 quis tempore prior sit; Fiscus, pupillus, dos, locados sic: Dos, pu-
 pillus, fiscus. Esto igitur casus; Fiscus A anterior est dote B, Dos,
 & Pupillus C. incertum anteriores an posteriores tempore; similis
 incertitudo est inter pupillum & fiscum FUNDAMENTA LOCA-
 TIONIS: (1) Fiscus praecedit dotem tempore. (2) Dos pupillum, consti-
 tutione. (3) Pupillus Fiscum constitutione. Dicendum: Fiscum primo
 loco poni, Dotem secundo, Pupillum tertio. Quia habemus prin-
 cipium incipiendi a Fisco. Dos vero & pupillus videntur eodem
 tempore extitisse.

X X X V I I.

In casu XXIII. concurrunt ad rem immobilem Hypotheca No-
 tarialis (id est coram Notario & Testibus) anterior A, Arrestum in-
 termedium B, Expressa judicialis posterior, C. FUNDAMENTA LO-
 CATIONIS (1) Hypotheca Notarialis anterior praefertur Arresto inter-
 medio. Dn. Carpz. p. 2. c. 23. d. 14. (2) Arrestum judiciali posteriori. Ord.
 Proc.